

Aduertencias para

quos duxit fratres ad Indias, & ad loca infidelium. Vel venit ad loca, vbi iam est prouincia, vel custodia creata : vel venit ad locum, vbi neq; est prouincia, nec custodia, & vbi nullum sui ordinis Preçlatum inuenit. Si venit ad locum, vbi iam est prouincia creata, vt est Mexici, Prouincia pro ordinibus Sæti Do minici, Sancti Augustini, & Sancti Francisci &c. tunc talis frater, qui est possitus Preçlatus à Generali pro via, super eos, quos secum trahit, vt moris est, statim quando appulerit ad prouinciam, ad quam mittitur, siue ad custodiam, cessat suum officium : & sua auctoritas super fratres, quos secum adduxit, quia tantum erat Preçlatus pro via. Et ipse neq; potest vt preñatis gratiis indultorum preñatorum, neq; potest dare licentiam, vt e di illis quos secum duxit, sed omnes debent eam recipere à Ministro illius loci, ad quem venerint. Si vero veniat ad locum, vbi nullus sui ordinis superior moratur, vt sunt nonnulla loca in his Indiis, in quibus non est prouincia creata, neq; custodia, neq; ibi est aliquis Ministri, aut Custodis Cōmissarius : sed forte nonnulli fratres ibi habitant, sicut oves errantes, sine pastore, vel forte vbi nulli habi-

tant